CLARISSI-
MO VIRO D. GEORGIO CO-

miti ab Erpach, Palatinatus Rheni Archipin
cernæ, Præſidi Alſatiæ &c. Domino
ſuo Clementi, Philippus Me-
lanchthon. S.



VM PRO
ea admira-
tione, quã
de te, Clariſ
ſime uir, ꝙ
tempore &
Lipſię te pri
mum uide-
bã, & de re
bus grauiſ
ſimis, ut tũ
forte incide
rant, cum
ſumma prudentia, ſummaq; facundia diſſe-
rentem audiebam, concepi, ſingulari quodã
ſtudio erga te accenſus fuiſſem, iã olim equi
dem optaui, animum atq; uoluntatem hanc
meam digno atq; idoneo aliquo argumẽto
tibi declarare poſſe. Ea enim pulcherrima-
rum rerum propria quædam uis eſt, ut non
ſolum animorum noſtrorum ſenſus, recor-
datione ſui afficiant atq; oblectẽt, uerum etiã
eiuſmodi

eiuſmodi deſyderio impletos a ſe dimittant,
ut quãtumuis procul amotus atq; ſepoſitus
fueris, ſubinde tamen recurrere & ad ea quę
abſunt, præſens referri, tibi uideare. Et quẽ-
admodum in excellentibus picturis ac tabu
lis accidere nobis ipſi uidemus, ut oculi no-
ſtri contemplando, ſatiari fere nunꝗ poſſint,
ſemperq; nouum aliquid ſpectantibus no-
bis ſeſe offerat, quod diſcedentes ultro allici-
at, detineatq;, ita ipſa uirtus quoq; ſenſus at-
que cogitationes noſtras trahit, neq; unꝗ a
ſui admiratione quieſcere, longius ue recede
re permittit. Itaq; etiam fit, ut non modo ipſi
intra nos earum rerum, quarum ſtudio atq;
amore ita tenemur, uoluptatem capere con
tenti ſimus, uerum etiam neſcio qua ui com
pulſi aliis quoq; eadem illa, quibus nos affici
mur, prædicare atq; cõmendare ſubinde ſtu
deamus: ac perinde atq; ungẽto aliquo deli
buti odores noſtros in obuios ac proximos
quoſq; diffundimus. Proinde cũ eodem mo
do erga te, Clariſs. uir, ego quoq; cõmotus
& incenſus iam diu eſſem, cuperemq; ſtudiũ
atq; affectum hunc meũ etiam opere, ac ceu
manifeſto aliquo ſigno, teſtatũ facere, nuper
poſteaꝗ Lucianicũ in Demoſthenem Enco-
mium ſcholæ noſtræ publice interpretandũ
cœpiſſem, ipſumq; libellum pro meo more
ac modo, Latina oratione uertiſſem, operã



ORATIO

DE FOELICISSIMA ELE-
CTIONE INCLYTI AC POTENTIS-
ſimi Regis Vngariæ & Bohemiæ
Ferdinādi, Archiducis Auſtriæ,
in regem Romanoꝝ &c.
Aquiſgrani corona-
ti, die. XI
Ianuarij. Anno. M. D. XXXI. Caſpare
Vrſino Velio regio Hiſtorico Autore.



Cum gratia & priuilegio. C. M.

AD SERENISSIMVM AC POTENtissimum Principem inclytum, Romanorum, Vngariæ & Bohemiæ &c. Regẽ Ferdinãdum.

Nunc ubi pro meritis Rex inclyte tertia Regni
Imposita est capiti sacra corona tuo,
Nullus in immenso se rex tibi conferat orbe,
Qui tantum Augusto fratre uocare minor.
Auguror, amborum hoc pietas, inuictaq; uirtus;
Mutuus ut forti pectore spondet amor.
Maximus Augusto Rex qui uiuente crearis,
Illo etiam uiuo Cæsare Cæsar eris.

Fridericus Nausea Blancicãpianus ad *Vrsinum Velium.*

Si qua fides Phæbo, facunde Vrsine, diserto,
Verius Oraclo dicis Apollineo.
Nam minor Augusto Cæsar, sed Cæsare maior,
Est post Augustum nullus in orbe ducum.
Solus enim tenet hic par, solus & ille supremo,
Cum Ioue diuisum poßidet imperium.
Nunc det uterq; (uelut Remo cum fratre Quirinus)
Gaudeat imperio regia iura sacro.

τέλος.



ILLVSTRI AC MAGNIFI-
CO DOMINO D. CHRISTOPHO
ro à Schydlowitz in Smytlow, & magno
Oppatou hæredi Castellano, nec non ma-
gno Capitaneo gñali Cracouiẽsi, sup̃mo
inclyti regni Poloniæ Cancellario &c.
digniss. & amplissimo uiro ac Do-
mino unice obseruando: Cas-
par Vrsinus Velius Regi
us Historicus, S. D.



NGENTES AC PROpe incredibiles in animis mortalium excitat amores sui uirtus, Illustris & Magnifice Domine, ac tanta est uis eius, ut etiam absentes, & ignotos mirabilem in modum conciliet, ac prorsus amabiles reddat, & uenerãdos. Id adeo in tua amplitudine mihi mõ contingit, siquidem cum fama antea quæ te illustris & ampla toto terrarum orbe sparsa uiget, tum uero sæpius ex magnificis ac probatiss. uiris D. Vuencellao à Vuilhartitz, & Georgio Loxano Regijs consiliarijs &c, tuiq; nominis perstudiosis, audiui tuam amplitudinem secundum inclytum

& inuictum regem SIGISMVNDVM in regno isto florentissimo facile principē locum obtinere, ac ualere gratia inter omnes plurimum atque autoritate, idq́ adeo propter admirabilem tuam sapientiam, ac mirificam industriam, animiq́ istius excelsi magnitudinem, & constantiam singularem: quorum equidem oratione tuas uirtutes & summas & plurimas assidue prædicantium tantopere sum accensus, ut subinde rationem ac uiā quesierim, qua tuam amplitudinem mihi opportune conciliarem, eidemq́ pro uirili gratificarer, & declararem incredibile studium atq́ obseruantiam, qua te iam inde ex quo tui nominis amplissimæq́ istius dignitatis inclyta ac luculenta fama mihi innotuit reuerenter prosecutus sum, eius adeo occasio negotij percommoda nunc tandem sese obtulit. Etenim cum intellexerim te excepto inclyto ac potentissimo rege tuo SIGISMVNDO haud æque alium principem ullum, atq́ serenissimum & potentissimum Romanorū, Vngariæ, & Bohemiæ Regem FERDINANDVM magnifacere & uenerari, ipso Georgio Lo-

xano autore, qui nunq̃ te apud om̃es lau-
dando conquiescit, orationem de electo ac
coronato eodem rege Romanorum &c,
tuæ amplitudini nominatim ædere consti
tui. Rem quidem minime magnam, sed ta
men testem in præsentiarum ac pignus ob
seruantiæ meæ. Oratiõi porro adieci Cra
couiæ defensiõem, id carminis ante annos
ferme sexdecim composui aduersus Poe-
tam quendam de urbe ista regia ac clarissi
ma, cuius famam ille fœdis carminibus in
sectatus erat. Debui hoc nobilissimæ urbi
tanquã altrici meæ, in qua honestis studijs
Græcisq; & Latinis literis admodum adu
lescens sum eruditus. Qđ si hæc q̃liacunq;
sunt, tam grato accipiet animo amplitu-
do tua, quàm candido & simplici mittun-
tur: sane haud paruum operæpreti
um me fecisse iudicabo, cui me
penitus dedo & cõmendo.
Ex Aquisgrano.



ACRATISSIME Cæsar Diue Carole Romanorum Imperator perpetuo Auguste, inclyte ac potentissime rex Ferdinãde, Reuerẽ. & Illustriss. Principes, uosq; cæteri magnifici & amplissimi uiri. Cum antea plurimis maximisq; in rebus pspecta est uirtus inclytæ et inuictæ natiõis Germaniæ principũ, tã proxime in noĩando regẽ Romanoꝝ singularis oĩm uestrꝝ prudentia atq; fides in primis enituit. Nihil eñ præstabilius, & fructuosius nihil reip. Chrĩanæ, & nomini Germanico opportunũ magis & salutare hoc tpe à uobis pstari potuit immortali isto uro bñficio, quo regẽ Romanoꝝ noĩastis eũ principẽ, qui cũ Cæsaris Augusti frater est germanus, tũ regijs dotibus innumeris pditus, uel adhuc florẽte in ætate oẽs alios etiã grandes natu usquequaq; antecellit. Nimirꝝ prouiderunt ĩ armis suis amplitudines uræ hisce difficillimis tẽporibus, quã maxime opus esse principe ac rege eo, q animi magnitudine, maturitate & põdere consilioꝝ, reꝝ gerendarũ celeritate, copijsq; & opibꝰ cæteris præ

ftaret. Itaq; ueſtra uolũtate ac iudicio & eximia fide, sereniſſimũ & potentiſſimum Vngariæ & Bohemiæ regẽ inclytũ principẽ Ferdinandũ rite & auſpicato regem Romanoꝝ deſignaſtis, q per ſeipſe cũ plurimũ poſſit, fratrẽ germanũ ſibi coniunctiſſimũ Diuũ Carolũ Romanoꝝ Cæſarẽ ꝑpetuo Auguſtũ, cuius copijs atq; opibus ſicubi res poſtularit, æque ac ſuis proprijs fretus, haud dubie ſibi, uobisq́; oĩbus ſaluti, hoſtibus atq; aduerſarijs ur̃is exitio eſt futurus. Cuius de potentia utriuſq;, ſapientiaq́; admirabili, ac cæteris regijs uirtutibꝰ qm̃ iã olim cognitas habetis, atq; ego ne lõgiſſima qdem oratiõe enumerare poſſum & exeq, ſpatijs p̃ſertim tp̃is incluſus, dicere in p̃ſentiaꝝ ſupſedebo: ueſtrũ modo in eligẽdo peracre iudiciũ, ac tã ſingulare & p̃clarum facinus quã utile ac neceſſariũ ſit, itemq́; ſalutare cũctæ reip. Chr̃ianæ breuiter explicabo. Iacta ſunt à uobis fundamẽta cõcordiæ ſempiternæ Illuſtriſſimi ideõq; optimi ac uere Chr̃iani principes, quæ una in Germaniæ principibus & populis utiq; deſiderabat̃. Qua conflata oĩm gentium & nationũ uictores uos fo-

re ueterꝝ tenuit opinio, hodieq́ꝫ pollet eà quā oībus est exoptanda bonis, ut uobiscū fœderatis, tā profecto metuēda fuerit hostibus noīs Germanici & reliquæ Chr̄ianitati inimicis, Quorꝝ cū aliquoties uim singulorꝝ expti fuerint, qui nō obsecro tādem uos uniuersos exhorrescāt? Accedit hoc ꝑterea boni, q̄d in eligendo Inclytū regem Ferdinandū cōsecuti, qđ penè dicionis atqꝫ potestatis ur̄æ feceritis certe, ꝑpetuæ cōiunctiōis socialisq́ꝫ fidei uinculo lōge potentissimā inuictamq́ꝫ nationē nobis deuinxistis, Hispanos inquā fortissimos uiros, ac cæterarꝝ rerꝝ omnium, sed potissimum bellicæ rei laudibus florētes. Quorꝝ antea regem nunc eius ipsius fratrem utrūqꝫ Austriæ Archiducem ultro Romanorum reges designastis. Ea gens per se ip̄a bellicosa, quantum in armis ualeat p̄cipue uobis consociata, satis declarauerunt iam aliquot ab hinc annis tot secūdissima prælia facta, ac tot memorabiles & multis seculis inauditæ uictoriæ sacratissimo Cæsari Carolo Quīto fœlicissime partæ. Vn̄ explorato ac liquido indicare possumus murum esse aheneum & plane inuictum

robur exercitus eius, qui ex harum natio-
num militiæ fuerit conflatus. Vocem equi
dem mittam ut liberam ita ſane rectã, ac
Delphico Oraculo ueriorẽ, ſi hæc concor
dia inter uos, ut ſperamus omnes, coalue-
rit, & ſi iſte conſenſus ueſter cum gẽte bel
licoſiſſima corroboratus inueteraſcet, ni-
hil deinceps erit uirtuti ueſtræ, nihil ar-
mis ueſtris inexpugnabile futurum. Nam
ſi Thracum & Macedonum haud ita nu-
meroſis copijs Alexander Philippi fretus
totum orientem uictor obiuit, atq; innu-
merabiles populos debellauit, ac tantos
ſpiritus ſibi ſumpſerat, ut mundi imperi-
um totius animo inuaderet, nemo addubi
tet Sereniſsimos germanos adiunctis Hi-
ſpanorum in armis pariter exercitatiſſi-
morum auxilijs, orbis imperium adeptu
ros. Quapropter hanc adeo opportunam
& fœlicem regis Romanorum nominati-
onem merito omnes comprobarint, ac lau
dibus in cælum extollant, ſibi in primis
gaudeãt, nobiſq; & reip. Chriſtianæ gra-
tulentur. Deo item Optim. Maxi. cuius in
ſtinctu hæc rite fiũt tam propitio, ac ge-
nus humanum benignius modo reſpiciẽti

B

grati gratias agāt inmortales, eius diuinæ clementiæ & misericordiæ hæc referētes accepta. Tuæ porro Maiesta. Inclytiss. ac potentissime rex Ferdinande accessionem & incrementum amplissimæ ac regiæ di-gnitatis optimo iure euenisse omnes fa-tentur. Etenim cum hæc, tum si qua maio ra principibus ornamenta in terris confer ri possint, iam olim uirtus & pietas tua, sa pientiaq; admirabilis atq; industria pro-meruerunt: qui ubi cum animo tuo agita-ueris in qua gente regni gubernacula acci pias, facile tu quidem cognosces secundū fratrem tuum Carolum Cæsarem te potē tissimum Europæ principem fore, quippe qui in Germania summum principatum & regnum obtinebis. Hi sunt si quis ad-huc ignorat illi Germani, quorum ma-iores legatis Alexandri Magni rogantib. ecquem mortalium timerent? magnifice responderunt: nihil aliud se uereri, quàm ut ne cælum ruat, significantes nulla hu-mana ui, ac non nisi cæli ruina sese op-primi posse. Hi sunt illi Germani qui Iu-lio Cæsare in Gallia bellum gerente mi-liti Romano tantum terroris incusserunt,

ut passim in castris testamenta obsignarẽ-
tur, suum'q; priuatim quisq;, ac publice cõ
mune periculum miserando complora-
ret. Hi sunt qui eidem Iulio Cæsari bello
ciuili aduersus Gne. Pompeium fortissi-
mam ac fidelissimam operam nauarunt,
quorum ille uirtute militum tametsi per
paucorum numerosas & prævalidas ho-
stium copias cæcidit. Hi sunt Germani q̃-
rum legati usq; è Phrysia Romam missi,
cum ducti in Theatrum loca quædam cõ-
spexissent honoratiora, atq; ab aliĳs secre-
ta, quesierunt qui nam illic sedere consue-
scent: quibus cum responsum fuisset, sedes
eas esse senatorum ac legatorum qui à re-
gibus ac populis fide atq; usu armorum ꝓ
batis, & reipub. Romanæ amicis mitteren
tur: illi subito eo sessum concesserunt ex-
clamantes, nullos mortalium æque fideles
& bellicosos esse atque Germanos. Quæ
uox Neroni adeo grata fuit, ut summo ho
nore ambos prosecutus etiam ciuitate do-
naret. Hi sunt Germani quibus de prouer
bĳ uice iactatum est, qui male atque infœ-
liciter pugnare uolet, Germanos lacessat.
Hi sunt deniq; Germani illi quibus pro-

pter studium ingẽs pietatis ac bellicæ uir-
tutis gloriam, delatum ultro fuit imperi-
um Romanum, qui in hunc usque diem
nemini nisi quem delegerint ipsi parere
consueuerunt. Atque hunc in modum cũ
sint animati Germani, quis dubitet tali du
ce qualis est Maiestas tua magnanime &
fortissime rex Ferdinande, talisq; auspicijs
regis inuictos populos uictoriæ compo-
tes adoream ex hostibus subinde reporta-
turos, omnes omnibus uotis exoptamus,
atq; à deo immortali iure quodammodo
nostro exposcimus, ut quemadmodum
nuper apud Coloniam Vbiorum eo in tem-
plo ubi diuorum trium regum sacra cor-
pora reuerenter composita uisuntur, ter-
tij regni decus atq; fasces rite suscepisti: ita
quam illi gratiã apud deum immortalem
eminuerunt, eum tu tua pietate assequa-
ris: atq; ut illi usq; ab ultimis ꝓpe orientis
finibus longissimo itinere mirifice & pro
digialiter uenerunt adoratum deum ser-
uatorem nostrum, ita Maiestas tua ad ori-
entis usque extremos populos & natiões
eius nomen & gloriam fidemq; Orthodo
xam proferat, & quam latissime exten-

dat. Hic uero iam cohortandi essent prin-
cipes ac populi Germaniæ ad susceptio-
nē belli necessarij & lōge oīm iustissimi,
quos satis supq́ꝫ admonitos & excitatos su
periorum temporum cladibus existiman
dum est. At, quo libentius pro libertate ue
stra à maiorib⁹ uestris uobis tradita, à qui
bus neutiquam degenerare oportet, pro
salute & conseruatione liberorum uro-
rum & coniugum arma capescere uelitis
uiri Germani, habetis fortissimum & pro
ptissimum Ducem, cuius signa alacriter se
quamini, & eius ductu hostem crudelissi-
mū, qui anno superiore bello uos tentauit
rursus bello appetatis: qui si uiri esse per-
getis, malueritis suis in sedibus illum op-
primere, quā fines uestros uastantē sero ni
mis amoliri. Qđ haud ita arduū factu fu
erit, si mō in unū conspirantes arma ma
ture cōsociaretis, ac propuleritis à focis ac
penatibus uestris teterrimos hostes, q ma
gis occasione quidem dissidij principum
Christianorum, quàm uirtute sua freti hac
tenus tantū nobis damni ac tot clades in-
tulerunt. Id quod iam pridem in animo
suo reputans sacratissim⁹ Cæsar Carolus

Quĩtus, ut atrocissimis ac nefarijs hostium conatibus tandem aliquando obuiã eatur, Italiam totam ne scintilla quidem bellici incendij relicta breui atq; fœlici successu pacauit. Regum, aut cum eo, aut inter se iras atq; inimicitias gerentium animos, extirpatis radicitus odijs, ac sublatis è medio simultatum omnibus causis: mirifice conciliauit: uestras præterea lites & perniciosa diffidia componere etiamnum elaborat. Iam uos omnes æquum est obediẽter audire atq; imitari fortissimi Germani, Diui illius Caroli Magni, cuius beati cineres hac in æde sanctissima conditi seruantur, armis ac pietate iam nunc per similem atq; olim, si annorum illum numero, quod precibus assiduis à deo inmortali poscendum est, adæquarit multitudine rerum præclarissime gestarum & magnitudine maiorem illo & augustiorem futurum. Faxit Opt. & misericors de⁹, ut quod iam uidemini parturire tempestiue pariatis: hoc est, ut primo quoq; tẽpore arma oẽs capientes teterrimis hostibus, læti ac uolẽtes obuiam eatis. Sic enim cum clementissimo ac fortissimo rege uĩo dei honorẽ at

que Orthodoxam fidem hominumq; & ueſtrum omnium ſalutem ac liber-tatem pie, gnauiter, & præ-ſtantibus animis defen-detis, rem uniuerſam Chriſtianam ma gnope in-clinatã inſtaurantes reſtituetis, reſtitu-tam ampliabitis, atq; in per petuum cõſeruabitis ampliatam.

Dixi.

Impreſſum Coloniæ apud Eucharium, ære et impenſis ho neſti bibliopolæ Iohannis Haſelbergs de Aya, Con ſtantien. diœceſis incolæ. Anno a Chri-ſto nato. 1531.



